



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Impedimenta, Matrimonium dirimentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

stinctū ducerent, ab Asmodeo Demone sunt extincti, exemplum iis proponatur, & præsertim illa Raphaëlis Angeli verba:

Tob. 6. c. d.

Qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se & sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus; habet potestatem Dæmonium super eos. Tu autem, cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea.

Impedimenta, dirimentia Matrimonium.

Parochus, admonitus de aliquo Matrimonio, in sua Parochia contrahendo; primum cognoscat ex his ad quos spectat, qui & quales sint qui matrimonium contrahere volunt; an inter eos sit aliquod canonicum impedimentum; utrum sponte, libere, & secundum honestatem Sacramenti, velint contrahere; utrum sint in ætate legitima; ut vir saltem quatuordecim, mulier vero duodecim annos expleverit; & uterque sciat rudimenta fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant.

Noverit ex probatis autoribus, quæ sint canonica impedimenta Matrimonii contrahendi, & quæ contractum dirimant; & qui sint gradus consanguinitatis & affinitatis, & item cognationis spiritualis, ex Baptismi vel Confirmationis Sacramento contractæ, & alia, quæ sequentibus versiculis explicantur; ut sunt:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Si Parochi & duplicis desit præsentia testis,

Raptave

Raptave fit mulier, nec parti reddita tutæ ;
 Hæc socianda vetant Connubia, facta retractant.

Error, *personæ*. *Conditio*, *servitutis ignoratæ*. *Votum*,
solemne castitatis. *Cognatio*, *naturalis*, *legalis*, *spiritualis*. *Cri-*
men, *adulterii*, *cum machinatione mortis alterius conjugis* ; *seu*
adulterii, *cum fide data de contrahendo matrimonio post conjugis*
mortem ; *seu contractus matrimonii de presenti cum adultera*,
vivente altero conjuge innocente. *Cultus disparitas*, *ex consue-*
tudine Ecclesiæ ; *scilicet fidelis cum infideli*. *Vis*, *scilicet metus*, *ca-*
dens in constantem virum, *v. g. detrimenti gravis corporalis*, *nisi*
consentiat in matrimonium. *Ordo*, *unus ex majoribus*. *Liga-*
men, *quo quis ligatus est uxori*, *etiam ante consummationem ma-*
trimonii rati, *post quod*, *secundum matrimonium contractum est*
irritum. *Honestas*, *id est*, *matrimonium contractum inter Spon-*
sum & cognatos Sponsæ ; *& inter maritum & cognatos uxoris*,
adhuc non cognita carnaliter ; *& vice versa*. *Si sis affinis*, *ex*
copula maritali usque ad quartum gradum, *vel ex copula forni-*
caria usque ad secundum gradum, *inclusive*.

Vt autem faciliiori modo Pastores cognoscere possint consanguini-
nitatis & affinitatis gradus, *eos subjuncto Schemate*, *& regulis*
sequentibus, *ob oculos ponimus*.